GREGORIUS TURONENSIS. ARNOLDUS PRUVENINGENSIS
12. Jh. Seite 23r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift



In proximo autem est et alia basilyka inqua paschasia quedam
religiosa uenerat. Nam uisum est tempore structoribus que
dam anum egressam fuisse abipsa basilica nigra ueste.
cigneo capite uultuq; decora. que sic effata est structoribus.
Heia dilectissimi proficite opus bonum. eleuentur machine.
quibus erigitur hec structura. et merito acceleratur. que
talem habet executorem. Nam si permitteretur ut uirorum
oculorum facies contemplaretur. nempe uidebatis uobis
operantibus sanctum patrem Benignum. Hec effata
basilicam dequa egressa fuerat ingrediens.
nulli ultra comparuit. Autumabant enim
eius temporis homines. beatam ibi appa
ruisse paschasiam. Li. Super
lapidem uero illum inquo cum plum
bo remisso pedes eius confixi fu
erunt. fractis loculis
v i n v m
aut siceram multi infundunt.
unde si aut oculi lippitudine grauati
aut quelibet uulnera fuerint puncta. protinus
fugata infirmitate sanantur. Quod scilicet ego eui
dentur expertus sum. Nam cum michi nimia lippitudine oculi
grauarentur ex hoc sacrato unguine tactus dolorem protinus
carui. Cum autem ad aruernam reigionem lues
inguinaria aduenirent. que sancti Halli episcopi oratione depul
sa est et insubita contemplatione parietes domorum atq; ecclesiarum
signarentur atq; caraxarentur: matri mee apparuit inuisu
noctis quasi unum quod in apothetis nostris habebatur sanguis